Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad ostium fornacis ignis ardens
et ait. Sidrach misach et abdena
go serui dei excelsi uiui egredimini
et uenite. Statimque egressi sunt
sydrach misach et abdenago de me
dio ignis. Et congregati satrape
et magistratus et iudices et pote
states regis contemplabant uiros
illos quoniam nichil potestatis
habuisset ignis in corporibus eorum
et capillus capitis eorum non est
adustus et saraballa eorum non fu
issent immutata et odor ignis no
transiuisset per eos. Et erumpens
nabuchodonosor rex ait. Benedictus
deus eorum sydrach misach et abde
nago qui misit angelum suum et
eripuit seruos qui crediderunt in
eum et uerbum regis immutaue
runt et tradiderunt corpora sua
ne seruirent et ne adorarent omne
deum excepto deo suo. Ame ergo
positum est hoc decretum ut omnis
populus tribus et lingue quicque
locutus fuerit blasphemiam con
tra deum sydrach misach et abde
nago disperdatur et domus eius vas
tetur. Siquidem non est deus alius qui
possit ita saluare. Tunc rex pro
mouit sydrach misach et abdenago
in prouincia babilonis. Nabucho
donosor rex omnibus populis gen
tibus tribus et linguis qui habi
tant in uniuersa terra. Pax uobis
multiplicetur. Signa et mirabi
lia fecit apud me deus excelsus.
Placuit ergo mihi predicare si
gna quia magna sunt et mirabili

eius quia fortia et regnum eius
regnum sempiternum et potestas
eius in generatione et generatione.

Capitulum IIII

Ego Nabuchodonosor quietus
eram in domo mea et flo
rens in palatio. Somnium uidi
quod perterruit me et cogitationes
mee in stratu meo et uisiones capi
tis mei conturbauerunt me. Et per
me positum est decretum ut ad
ducerentur in conspectu meo cuncti
sapientes babilonis ut solutionem
somnii indicarent mihi. Tunc
introiebantur aruspices magi chal
dei et aruspices et somnium nar
raui in conspectu eorum omnium
et solutionem eius non indicauerunt
mihi donec collega introiuit
in conspectu meo daniel cui nomen
balthasar secundum nomen dei mei
qui habet spiritum deorum sanctorum
in semet ipso et somnium coram eo
locutus sum. Balthasar princeps
aruspicum quem ego scio quod spi
ritum deorum sanctorum habeas in te et
omne sacramentum non est impos
sibile tibi uisiones somniorum mi
rum que uidi et solutionem earum
narra mihi. Visio capitis mei in
cubili meo. Videbam et ecce arbor
in medio terre et altitudo eius in
mensa et magna arbor et fortis et pro
ceritas eius attingens celum. As
pectus illius erat usque ad terminos
uniuerse terre. Folia eius pul
cherrima et fructus eius nimius
et esca uniuersis in ea et subter